



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem
libros partitum**

Marulić, Marko

Coloniæ, 1532

VD16 M 1298

de impatientiæ vitio erga deum. ca. 24.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35578

possit, quod peccata mea non merentur? Non ergo gra-
uate perpetiar, quod iuste irrogatur, sed dominum me-
um deprecabor, vt concedat mihi in omnibus patienti-
am, & in ipsa patientia scelerum meorum purgationem
atque veniam: vt qui me dignatus est facere laborum suo-
rum participem, faciat tandem & gloriae consortem,
dicente Apostolo: Sicut socij passionum estis, sic eritis
& consolationis. Et iterum: Si inquit commortui sumus
& conuiuemus; si sustinebimus, & conregnabimus. Igi-
tur siue persecutionis turbo totam inuasit ecclesiam
siue priuata lacesiti fuerimus inuidia, siue opes vis ali-
qua rapuerit, siue morbi saeuierint, siue charissimorum
mortes frequentarint, siue aliud aliquid aduersi accide-
rit de omnibus gratias agere nos oportebit, & in om-
nibus confiteri ac dicere. Iustus es domine, & rectum
iudicium tuum. Scriptum est enim: Incepcionem do-
mini ne reprobos, quia ipse vulnerat & medetur, percu-
tit & manus eius sanabunt. Paulus & Syllas in Macedo-
nia virgis caesi, carceri traditi, in vincula coniecti, deo
laudes decantant. Et ipse dominus noster accepto cali-
ce gratias egit, vt nobis documento esset ad persoluen-
das gratias deo, quoribus aduersitate aliqua grauati fue-
rimus atque afflicti. Per calicem enim tribulationes mun-
di huius intelligimus, iuxta illud, Transeat a me calix
iste. Cuius igitur prouidentia cuncta contingunt, illi
de cunctis gratia agantur, vt per hoc probetur, nos
& patientes esse in aduersis, & in prosperis non ingratos.

De impatientia vitio erga deum.

Caput xxiiij.

ET quoniam vtrius optabilior atq; amabilior fit vi-
tium comparatione, restat vt euoluamus impatien-
tia mala. Per impatientiam murmurauerunt Isra-
elita egressi de Aegypto, cum eluriret in deserto Syn, &
iterum in Raphadin cum sitirent. Saturauitq; illos do-
minus manna de caelo pluyente, & aquis fluentibus de pe-
tra. Vide quam mitis, quam misericors est deus, non co-
tinuo impatientiam nostram punit, sed interdum votis

2. Cori. 13.
1. Tim. 2

Iob. 5.

Act. 16

Exod. 16.
Exod. 17.

- murmuratium facit satis, vt beneficio protocet ad po-
 nitentiam, at q̄o si benefacta non profecerint, nec mur-
 murationum cessauerit impia temeritas, tunc demū vl-
 ciscitur ingratos, & iuste pœnas exigit ab obstiatis. Iō
 illi tandem cœlestem cibum fastidiri, cum ol̄as carnes
 que ægyptias concupissent, conturnicum nubes vento
 delata, locum in quo castra fixa erant operuit, volente
 domino vt discerent, quam male cedant illa quæ intem-
 peranter concupiscuntur. Adhuc (inquit) carnes erant
 in dentibus eorum, & populus percussus est plaga ma-
 gna. Multi enim ex illis cum vsque ad nauseam carnis
 edulio se impleissent, veluti veneno hausto, sic repente
 mortui conciderunt. Pari aduersus deum proteruitate
 vsi sunt ad aquas contradictionis cum sitim pateren-
 tur; postremo ad mare rubrum itineris labore offensi,
 quando iratus dominus misit ignitos serpentes, q̄z ve-
 neno morsibusque disperibant. Quid ergo aliud agit q̄
 aduersitate oppressus in deum indignatur, nisi vt ab eo
 prorsus destitutus, faucibus incidat serpentis antig dia-
 boli. & post temporale malum q̄d patitur, æternis tra-
 datur supplicijs. Hoc nempe illud est, quod Salomon in
 Prouerbis ait: Qui impatiens est, sustinebit damnum,
 & cum rapuerit, aliud apponet. Primo enim dam-
 no raptō, id est accepto, aliud applicat, & malis qui-
 bus affigitur, cumulum addit. Quid autem dementius
 quam tribulationum pondus grauare linguæ procaci-
 tate, aut aliqua immodica animi perturbatione? Quic-
 quid enim patienter toleratur, leuius fit. Quid etiam
 magis perniciosum, quā deum iratum, cum placare hu-
 militate debeas, impatientiæ tumore magis prouoca-
 re, vt citius pereas. Ideo rursus Salomon ait: Impati-
 ens operabitur stultitiam, & iterum: Qui impatiens est
 exaltat stultitiam suam. Quō exaltat stultitiam. Impa-
 tientiam vtique non refrenans, prolabitur in iram, de i-
 ra in furorem, de furore in quandam beluarum ferita-
 tem, vt iam non mō impatiens, verū etiam sæuus impi-
 usque existat. Nullum em̄ crudelitatis genus est, ad q̄d
 non cōpellet impatiētia, si te ab illa diutius possideri p-
 miseris. Per impatientiā fr̄em suū occidit Cain, fr̄em su-

Numer. .11.

Nume. 20

Nume. 21.

Proue. 19.

Prou. 14.

Cain.

um in seruitutem vendiderunt filii Iacob, fratres suos interfecit Gedeonis filius Abimelech. Saul rex sacerdos Nobæ impie perit imperavit, quia illi pñ erga Dauidem extiterant. Athalia Ioram regis vxor, defuncto Ochozia nepote, regiam cædibus impleuit, neminẽ regni sanguinis relinquens viuum, præter vnum Ioam q̄ furtim subtractus fuit neci. Manahem Samariæ rex, Therfa oppido captus, ne quem in eo virilis sexus viuũ relinqueret, mulieres etiam prægnantes scidisse fertur. Herodes non minus in filios crudelis quam in hostes fuit, vt Iosephi historia testatur; & vt in euangelio discimus, indigne ferens Christum puerũ a Magis adoratũ oēs Bethlemi infantulos, q̄ bimatũ non exceſſerant interim iussit, ipsum simul perdere volens, quem qui q̄ ex illis eſſet ignorabat. Huius vero successor, Iohannis Baptistæ plusquã prophetæ caput ad se deferri mandauit ne de nece eius, a quo de adulterio se argui indigne ferebat. incertus eſſet, Ad talẽ ergo ac tantã animi trucidentiam facile perueniet impatiens, nisi mature ab ingenitæ proteruitæ vitio submoueat, & iracundiæ motum pro viribus compescere assuescat. Minoribus igit delictis obſtaculum faciat, ne ad maiora prorumpat q̄n ne minima quidẽ hinc decedentiũ impunita erant, nisi ante pro illis pœnitudinis opera laboreq; satisfactũ fuerit. Hoc tibi in euangelio operariorum vineæ parabola testatur, qui inuidiæ a domino arguuntur, eo qd denario pro opera accepto, alijs qui tardius ad operandũ accesserant, ex cõductoris liberalitate tantũ datũ fuisse dolebant. Nõ est itaq; negligendum, sed maxime curãdum, vt etiam ab his caueas, quæ velleui increpatione digna cognoueris. Paulatim decidit, inq; scriptura qui minima contemnit. Habet & inuidia suã impatiẽtiam, q̄ mortẽ affert nisi caueatur. Dolere enim te cogit, qd aliũ affluat diuitijs, p̄ſtent honorib, multæ apud oēs opinionis sint, & te vel precedant glã, vel æquent. Talis profecto diaboli liuor est, qui semper tristatur ac moleſte fert, quod iusti eo ascendant vnde ipse decidit. Quid dicam de illis, quorum intantum excedere so-

Filii Iacob
Abimelech.
Saul.
Athalia.
Manahem

Herodes.

Herodes.

Matth. 20.

Eccle. 19.

In deū ma-
ledicta p-
ferens.

Inda. 1

Leuit. 24.

Danie. 3

let furor, vt aliquid aduersi passi, in deum maledicta e-
uibrant atq; iaculentur? Proh facinus omnium senten-
tijs execrandū. Lingua illa quam fecit deus, ipsum blas-
phemat, & creatura creatorem suum verbis petulanti-
bus inuadere audet, ipsum regem regum ac dominum
dominantium plena probri procacitate laceffere nō ve-
retur, cum Michael archangelus (vt Iudas Aposto. ait)
de Moyfi corpore altercando non sit ausus ipsi diabolo
iudicium inferre blasphemix. Hoc tam immane nefas
in seruis vestris puniēdo coercete terreni p̄cipes, aut
mirari desinite, si vos vna cum illis diuina verberet vi-
dicta. Si quis vos vel leuissima offenderit, contumelia,
cōtinuo maieftatis læsæ reus peragitur, & acerbius eti-
am quam meretur punitur. Multatur quandoque qui
in aliquem priuatum hominem indigne conuultus fu-
erit, sola in deum contumelia tuta est. Pœna ab homi-
ne experitur ob iniuriam homini illatam, & deum ma-
ledicentis scelus nulla denuntiatione reprimitur. Vbi
nūc est illa Iudæis data dei lex, qua blasphemi lapidi-
bus obrui iubētur, qua quidam cum altero rixatus, cū
nomen domini maledixisset, extra castra e ductus est, vt
hominum consortio indignus, & lapidum ictibus inter-
emptus, linguæ impietate morte corporis psolutus? Vbi
est illud Babylonij regis vno miraculo conuersi edictū:
Quicūq; deū Sydrach, Mysach & Abdenago blasphema-
uerit, dispeat, & domus eius vastetur? Vos vero tot mi-
raculis, tot pdigijs in dei veri cultu confirmati, eius sce-
modi crimē dimittitis impunitū. Qua ī re plane ostēdi-
tis, terrena vobis curæ esse, non cælestia, & nomen vos
habere Christianorum, non religionem neque iustitiā.
Vir enim fidelis obrurare statim manibus aures debet,
ne vocem dominum suum maledicentis audiat, vel re-
pente auersus fugere, ne sacrilegi oris petulantix faue-
re videatur si māferit, vel auscultarit, & simul cum ma-
ledico ipso diuinam incurrat vltiōem. Quod si murmu-
rantis populi contumaciam deus iustus sapiissime cor-
ripuit, quomodo sceleratissimorum hominum impieta-
tem non castigabit, & si a murmuracione quoq; aduers

susdeum cauendum sit, quanto magis a maledicto siue blasphemia. Cumq; ois impatientia iustitiã dei non operetur, non frustra de salute Philippien. sollicitus Apostolus: Omnia (inquit) facite sine murmurationibus & hæitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ. Ex his ostenditur, cum qui patiens est, nunquam murmurare, nūquam conqueri: sed inter malos quoq; mitem atque mansuetum esse, & inter inquietos quietum. Impatiens autem prius ipse suæ iniquitatis causa est, deinde etiam aliorum; hos odit, illis irascitur, alios contumelios, alios afficit verberibus. Ipse vero intra se iracundia æstuat, bile tumet, luore consumitur, iuxta illud, Zelus & iracundia minuent dies. Dum ergo alteri nocere affectat, seipsum perdit, immo quod deterius est, seipsum æterna pœna dignum efficit, dū alterum odio atque malivolentia persequi non desistit. Eccle. 10.

De impatientiæ vitio erga proximum. Caput XXV.

Persequamur igitur nunc in proximos impatientiam, ostendamusq; quanto ipsa suo autori detrimento sit. Hæc est q̄ nos facit iracundos, ita vt leuissimis interdum de causis intemperanter commoti rixemur, depugnemus, ad arma concurramus. Canum ferocium ista rabies est, qui portento tantum contra se digito irritantur, & frendenti rictu hominem allatrant. Turpe est autem nobis caninam habere iracundiam & ad quilibet offensunculam indecētius q̄ oporteat turbari ac furere, & esse domum super arena fundatã q̄ ventorum evertit flatus. vel harundinem illam, quam etiã leues auræ grauitè exagitant & percellunt. Vix quidem vlla in re modestiam seruabit, qui cohibere nescit iracundiam. Salomonis ista sententia est dicentis. Qui ad indignandum facilis est erit ad peccandum procliuor. Ille præterea qui in paruis grauitè irascitur, magnam iniuriam quomodo feret? Nōne in rabiem tunc vertetur, cum paulo deterius læsus fuerit. Quanq̄ eos etiam